

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Qvaestio XXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

icidio loquitur, adeoque textus isti, ceu in poenalis & odiosis strictè accipiendi sunt, nec ad simplex homicidium extendi debent, c. statutū 22 extr. de elect. in 610. Corn. conf. 114 col. 2. lib. 1. Jacob. Menoch. de presumt. lib. 6. presumt. 4. nu. 35. Et quisnam est, qui non animadvertit diversitatem inter homicidium simplex, & delicta Latrocinii, Veneficii & Parricidii, ut quæ multò atrociora sunt simplici homicidio, id quod vel solū ex diversitate poenarum apparet. Iam autem à

73 separatis nulla fit illatio, Jacob. Schult. ad Modest. Pist. part. 3. q. 126. n. 149. & q. 127. n. 60. consil. 69. n. 10. cent. 1. Matth. VVesemb. conf. 34. n. 25. libr. 1. Andr. Gail lib. 1. observ. 11. n. 5.

74 2. Non etiam obstat art. 137. §. 1. Ordin. Crim. Carol. Vt qui expressè loquitur de Latrocinio, uti apparet ex verb. und in vorgefetztem WOrd/nc. quàm longè aurem ab invicem differant Latrocinium & homicidium, omnibus constat, & ex diversitate delictorum arque poenarum clarissimum est, vid. gloss. germ. in Landr. art. 13. lib. 2. in verb. Diecimen Mann: c. Deinde, licet dict. artic. 137. §. 1. de quovis homicidio esset exaudiendū, ne utiquam tamen exinde probatur, Reum homicidii crimen reiterantem candenti ferro regulariter lacerandum esse, cum solū arbitrio Iudicis ibidem committatur pro ratione circumstantiarum & atrocitatis, poenam homicidii aggravare. Neq; enim inficior, Iudicem ob atrocitatem & reiterationem criminis quandoque ustulationem forcipum candentium decernere posse.

Prout à Scabinis responsum fuit Praef. Ho VVesfensensens, M. April. An. 1613.

75 Sed Reum homicidii regulariter sicuti Latronem, ob reiterationem delicti candenti ferro lacerandum esse, nego ac pernego, tantumq; abest, Iudicem non alio modo poenam ob reiterationem homicidii exasperare posse, ut potius hoc ipsi expressè permittatur, in dict. art. 137. §. 1. Ord. Crim. Carol. in verb. Durch etliche Zeibes-

straff / It: oder Aufschleiffung/nc. unde apparet, quæ de ustione forcipum candentium in dict. art. 137. constituta reperuntur, exempli solū loco posita esse, Iudicis autem arbitrio committi, quo modo pro atrocitate criminis poenam ordinariam aggravare velit eo casu, quò poenam ob reiterationem homicidii in terrorem & exemplum exasperandam esse putat.

Hinc reiterato crimine homicidii Scabini poena 76 gladii hoc augmentum addiderunt, ut Reus ante executionem traha illigatus ad supplicii locum pertraheretur, respondentes ita Senatui in Wittenfeldi M. Jun. An. 1609.

Et in casu simili Rota poenam decernere non dubitaverunt, ad requisitionem Quaestoris in Zörsbig! M. Octob. An. 1617.

Deniq; EVENTV IPSO crescit delicti & 77 poena atrocitas, quando post caedem factam secuta est deroboratio aut spolium. Quo casu homicidium incidit in crimen Latrocinii; Vel si quis ad instantiam alterius & certâ mercede cōductus alium occidit, quò mercedem cōsequatur; quo casu Assassinium committitur, & utroque modo poena homicidii exasperatur, Reusq; Rotæ supplicio afficitur, prout supra q. 19. & q. 22. pluribus demonstratum fuit.

Et hæc exempli loco adduxisse sufficiat. Ex 78 quibus apparet, Iudicem pro ratione circumstantiarum & qualitatum, poenam ordinariam homicidii bene aggravare posse. Quod si faciendum arbitratur, duos illos sales, de quibus supra dictum, nempe saltem scientiæ, & saltem cōscientiæ adhibeat, ac omninò sibi hanc necessitatem impositam existimet, ne vel nocentem mitius, vel innocentem durius, quàm par & æquum est, puniat l. respiciendum 11. l. hodie 13. ff. de poen. In dubio tamen semper pronior sit ad mitiorem poenam, meliusq; putet propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem l. absentem ff. de poen. l. interpretatione. ff. eod. tit. c. allegant. 26. qu. 7.

QVÆSTIO XXV.

De poena plurium in rixa aliquem occidentium.

SUMMARI A.

1. Omnia iudicia hodiè sunt extraordinaria.
2. Pluribus ex causis poena homicidii debet mitigari
3. Sicuti etiam in casu homicidii à pluribus in rixa commissi.
4. Qua poena tunc occidentes puniendi sunt, n. 5. 6.
7. Quid juris in foro Saxonico n. 8. 9. 10.
11. Si omnes animo deliberato occidendi percusserint n. 12. 13. 14. 17. 18.
15. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 16.
19. Quando de autore vulneris mortiferi constat. n. 20. 21. 22. 23.
24. Si plura vulnera fuerint inflicta, quoniam verò primum vulneraverit, certo non constat. n. 25. 26. 27. 18. 29. 32.
30. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 31.

Iudicis officium est non solū ob atrocitatem delicti poenam exasperare, sed & eandem, si res & circumstantiæ hoc postulent, mitigare, Bart.

33. Si nō cōstet, quis vulnus lethale inflixerit n. 34. 35
36. Tortura hoc casu quando & cui imponenda.
37. Observantia Scabinorum Lipsens.
38. Quam indicia hoc casu ad torturam sufficiētia sint
39. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 40.
41. Quando vulnera inflicta lethalia non sunt, omnia tamen simul junctâ mortem asserunt. n. 42. 43. 44.
45. Sententia Scabinorum Lipsensium.
46. Quomodo puniendi qui rixa interfuerunt & percusserunt, sed non occiderunt. n. 47. 48.
49. Responsum Scabinorum.
50. Quomodo puniendus author rixæ n. 51. 52. 53. 55.
54. Responsum Scabinorum Lipsensium.

in l. quid ergo 13. §. poen. gravior. ff. de his qui not. inf. Traq. de poen. temp. in praef. n. 20. & seq. Omnia n. iudicia hodiè extraordinaria sunt, §. fin. Inst. de interd. l. 3. l. f. C. eod. tit. l. 1. & 2. C. de for. & imp. subl. Et in

Et in arbitrio iudicis positum est pœnam minuire vel mitigare, pro ratione & modo ipsius delicti, nec non pro qualitate & conditione personæ delinquentis l. si quis aliquid 38. §. instrumenta l. aut facta. §. fin. l. absentem. §. §. fin. l. perspicendum 11. §. delinquent. ff. de pœn. l. auxilium 37. ff. de minor. l. 1. §. fin. ff. ad Leg. Cornel. de fals. l. 4. §. 1. ff. ad Leg. Corn. de sicar. l. sacrilegij. 6. in pr. ff. ad Leg. Jul. peculat. l. 2. ff. de term. mo. ro. Neq; enim durior lege, vel legis sententiâ Judex esse debet, ne ex summo jure summa fiat injuria, ut ait Imperat. Justinianus in Auth. de litig. §. omnem vero Oldendorp. in libell. de jur. & acquit. tit. 4. Nicol. Reusis, lib. 2. decis. 16. n. 5.

Quia ergo demonstratum hæcenus fuit, quando & quatenus Iudex in crimine homicidii pœnam ordinariam aggravare & exasperare queat, dicendum quoque jam erit. Quando, & quomodo certis ex causis & circumstantiis eandem mitigare & minuire possit & debeat? Id quod ob multifarias homicidii qualitates fieri potest; Veluti si in rixa à pluribus sit commissum homicidium, nec de certo interfectore constet; Vel si vulnus illatum seu percussio non sit lethalis; Aut si cædes non facta sit dolose, sed inconsulto culpa five casu fortuito; Vel homicidium defendendi causa perpetratum. De quibus singulis in specie agere fert animus.

In primis autem pœna homicidii ordinaria locum sibi non vendicat, quando in rixa seu tumultu plurium quis est occisus, neque eorum quisquâ, qui revera occiderit, certo sciri potest,

Quamvis enim non desint, qui omnes hoc casu pœna ordinaria legis Corneliæ de sicariis puniendos esse existimant, ob textum in l. item Melâ. 11. §. sed si plures. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. §. 10. & l. seq. ff. de his qui effud. vel deiec. Gloss. in l. fin. rixa fin. ff. ad Leg. Corn. de sicar. in vrb. uniuersum jug. vers. quod si non potest quam sequitur Claud. Barrant. in prax. caus. crim. reg. 103. n. 3. Gandin. in tract. malef. tit. de homicid. n. 12.

Attamen, quia textus illi tantum de pœnis Legis Aquilæ & de iacentium loquuntur, ubi culpam etiam levissimam sufficere certum est, l. 44. ff. ad Leg. Aquil. utiq; ex iis ad pœnam Legis Corneliæ de sicariis, quæ precisè dolum requirit delinquentis, l. 7. ff. ad Leg. Corn. de sicar. nihil inferre potest.

Contrarium autem, quod nempe plures in tumultu, rixa, aut digladiatione aliquem occidentes, si de interfectore certo non constet, pœna ordinaria homicidii affici non debeant probatur ex l. si in rixa ff. ad Leg. Cornel. de sicar. Et quis negare audeat, inter multos rixantes & tum occidentes plures esse innocentes, cum impossibile ferè ut omnes in genere & singuli in specie aliquem occiderint, quos damnare iniquissimum esset. l. absentem §. de ff. pœnis.

Non tamen propterea occidentes prorsus absolvendi sunt, sed omnes simul pœna extraordinaria, veluti pecuniaria, carere, vel relegatione pro arbitrio Iudicis puniri debent, ita tamen, ut hi non percussisse comperti fuerint, innocentia sua fruantur. Cyn. in l. quoniam multa. C. ad Leg. Jul. de vi publ. n. 7. vers. sed quid si homo.

Andr. Gail. lib. 2. observat. 109. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæst. cent. 4. cas. 362. Prosp. Farin. part. 3. oper. crim. quæst. 96. n. 14. & seqq. Beust. ad l. admonendi 31. ff. de iureiur. fol. 750. Modest. Pistor. consil. 4. n. 1. 10. vol. 2. Matth. Wesembec. in parat. ff. ad Leg. Corn. de sicar. n. 19. in med. Egid. Boss. in prax. crim. tit. de homicid. n. 26. & 27. Jul. Clar. libr. 5. sentent. §. homicidium. nu. 37. sub fin. vers. tertius autem est casus. Ludov. Gilhaus. in arbor. jud. crim. c. 2. tit. de homicid. 12. n. 10. Johan. Harppr. ad §. item Lex Cornel. de sicar. §. Instit. de publ. ludi. n. 46. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. cap. 76. n. 24. Phil. Dec. in l. favorabiliores. ff. de reg. iur. in 9. Anton. Teseur. decis. 31. n. 5. Roland. cons. 63. n. 10. & seqq. vol. 2.

Idque hæc in terris Saxoniciæ manifestè de cibus est ab Illustrissimo Electore D. Augusto Constit. Elector. 7. part. 4. addito hoc, ut Reii super etiam ad solutionem Wergeldi & expensarum litis condemnari debeant, quò nempe occisi etiam liberis & cognatis aliquo modo confuleretur. Dan. Moller. ad dict. Constit. 7. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. nu. 17. Cum quò etiam convenire videtur Ordin. Crimin. Imp. Carol. V. artic. 148. vers. und man möchte leiten wissen &c. Quæ seposita pœna homicidii ordinaria, coërcitionem criminis prudentum arbitrio committit.

Et hoc absque dubio verum est, si quis per tumultum aut digladiationes interficiatur, neque eorum quisquam qui occiderit, aut lethaliter vulneraverit, certo sciri queat. At, quid statuentum, si certo constiterit, omnes aut quosdam lethale vulnus occiso infixisse, aut facta conspiratione, ac destinata voluntate omnium aliquem occisum fuisse, aliavè circumstantiâ occisorem certum denotantes occurrant, anne tunc ad pœnam homicidii ordinariam perveniri poterit?

Hinc ortæ tot disputationes Doctorum & Interpretum, tot distinctiones & subdistinctiones, tam multifariæ ampliationes & limitationes, quæstionem hanc tam obscuram & difficilem reddentes, ut pauci in ea sine periculo navigaverint, teste Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 12. in princip. Jacob. Menoch. l. 2. arbitr. judic. qu. cent. 4. cas. 362. n. 1. Jul. Clar. dict. §. homicidium n. 37. Daniel. Moller. Constit. Elector. 6. part. 4. in pr. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. n. 1. Et licet Moll. d. loco existimet, per Constit. Elect. 17. part. 4. effectum, ut tempestate illius maris hodiè quiescente, tuto nobis in eo navigare liceat, id tamen in unico solum & principaliori casu verum est, de quo prædicta Constitutio Electoralis loquitur, si scilicet pluribus simul unum aliquem percussentibus & occidentibus sciri non possit, cuius ictu perierit, neq; indicia sufficientia ad tortutam contra aliquem reperiantur. At, si de plurium destinata voluntate, deliberatoq; animo, aut quod omnes seu quidem lethaliter occisum vulneraverint, liquidò constet, quid tum agendum sit, Constit. Elect. tacet, nec certi quicquam definit.

Quid ergo faciendum, anne tum in mari periculoso cum Interpretibus hinc inde fluctuandum? Neutiquam sanè; Tranquillat enim hoc

hoc *Ordinatio Criminalis Imperij*, ad quam deficiente *Constit. Elect.* recurrendum est, nec immeritò, cum ab Imperatore Carolo V. Ordinibusque Imperij, quicquid ferè hîc à Doctõribus in dubium vocari solet, in *art. 148.* definitum reperitur. Quod, ut exactius animadverti queat, ad explicationem pleniorẽ dicti articuli casus aliquot eosque præcipuos distinguere lubet, quibus perspectis, alios eiusmodi casus incidentes, ponderatis cuiusq; facti circumstantiis & qualitatibus, decidere, procul dubio facilimè negotii erit.

11 *Primus Casus.*

PRIMUS CASVS EST: Quando *conspiratione factâ, destinata voluntate, destinataque animo occidendi plures conveniunt, & sibi mutuam opem, auxiliumvè præstantes aliquem occidunt.* Licet tùm unicum saltem vulnus fuerit inflictum, de cuij autore sive constet, sive non, aut etiam omnes sive aliqui eorum, vel unus tantùm percussit, aut vulneraverit, nihilominus tamen hoc casu omnes tanquam homicide ordinariâ Legis *Corneliae* pœnâ afficiendi & capite plectendi sunt.

12 Quemadmodum verbis disertis sancitum in *pr. art. 148. Ordin. Imp. Crim.* ibi: *So etliche Personen mit fürgesetzten und vereinigten Willen und Muth jemand bösslichen zu ermorden/ einander Hülff und Beystand thun / dieselbe Thäter alle haben das Leben verwirret.*

Quod & Juri Civili maximopere convenit, quo is, qui causam mortis ex proposito doloq; malo præbet, æquè pœnâ ordinariâ ac ipsemet homicida plectendus est, *nihil interest. 15. ff. ad*

13 *Leg. Cornel. de sicar.* Atqui omnes, quotquot aliquem occidendi animo aggrediuntur, causâ mortis præbent, siquidem assistentiâ suâ homicidam audaciorem & occisum timidiorem reddunt, & sic opem auxiliumvè præstant. Ergò etiam omnes pœnâ Legis *Corneliae* de sicariis tenebuntur.

Deindè, Judicem ita demum uniuscuiusq; iectum ad ordinariam homicidii pœnâ infligendam contemplari jubet. *Ordin. Crim. d. art. 148.* si in rixa percussus homo perierit; Vnde à contrario seu inferitur, si non in rixâ, fortuito scilicet obortâ, sed in tumultu, animo deliberato, dataq; opera excitato à pluribus homicidium fuerit perpetratum, non spectandum, cuius iectu homo interemptus fuerit, sed simpliciter & indistinctè omnibus pœnâ ordinariam irrogandam esse.

14 Et certè negati nequit, omnes hoc casu occidendi animum habere, ut non dubitandum sit, quin & omnes secuto homicidio pœnâ Legis *Corneliae* de sicariis subijciantur. *L. 1. §. Divus ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* prout etiam statuunt Doctores communiter. *Jul. Clar. dict. §. homicidium, n. 37. Petr. à Plach. in epis. delictor. libr. 1. c. 12. n. 1. Carrer. in præct. crim. tit. de homicid. §. 2. n. 67. & n. 75. Felin. cap. significasti. 18. extr. de homicid. n. 10. Bartol. in l. qua actione. §. si plures. ff. ad Leg. Aquil. nu. 1. sub fin. vers. nisi omnes fuerint eum propositio occidendi &c. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 3. n. 36. Matth. Stephan. ad art. 148. Ordin. Crim. vers. quod si verò. Andr. Gail. libr. 2. observ. 109. n. 10. Prosper. Farin. part. 3. oper. crim.*

qu. 96. n. 18. & n. 72. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. n. 49. Gandin. in tract. malef. tit. de homicid. n. 12. vers. pone questionem, quam ego multoties vidi &c. Dan. Moll. ad Constit. Elect. 7. n. 8. part. 4. Joh. Harpp. ad §. item lex. Corn. de sicar. §. nu. 43. In st. de publ. judic. Anton. Tessauro. decis. 31. n. 1. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 4. cas. 329. n. 25. Iodoc. Damhoud. in præct. crim. c. 76. n. 27. Angel. Aretin. in tract. malef. verb. Et Andr. Marci. n. 23. vers. secus si animo deliberato &c. Salycet. in l. quoniam multi C. ad Leg. Jul. de vi publ. n. 17. in pr. & vers. hic. quæro, quid de iur. comm. &c.

Hancq; sententiam in pronuncianado observare *Scabios Lipsenses* apparet ex illorum responsò, quod impressum extat ad calcè *Speculi Saxon.* *Wann ihr viel einen erschlagen.*

Veluti sic etiam responderunt ad cõsultationem

Iohan. Stangens/ in Trebach. M. Maio, Anno 1580.

Et quum M. V. M. M. C. H. V. L. & T. G. coadunato consilio, destinata voluntate, destinatoq; animo occidendi I. R. interfecerunt verberando & percussio sibi mutuam opem præbentes, non habito respectu à quo I. R. lethaliter vulneratus aut occisus fuisset, omnibus ac singulis predictis quinq; Reis pœna gladii fuit dictata. Ad requisitionè Quistoru in Augustusburgi/ M. Octobr. An. 1588. In casu simili pariter pronunciarunt Iudici in Nieben/ M. April. An. 1607.

Neq; huic sententiæ quicquam obstat, quod

17 is qui procedit contra aliquem animo occidendi, de facto tamen non occidit, ob solum conatum debeat puniri, non pœnâ ordinariâ, sed extraordinariè pro arbitrio Judicis, ex consuetudine generali, de qua testantur Doctores ferè omnes quos magno agmine allegat *Jul. Clar. §. fin. quæst. 92. n. 1. Prosp. Farin. part. 5. oper. crim. quæst. 124. n. 78. Schneidvvin in §. eadem lege. Inst. de publ. judic. Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 2. Et enim, istud verum est, in nudo attentato, effectu non securo; At nostro casu verè & realiter secuta est mors & unus alteri præstitit favorem & auxilium, quod item est, ac si omnes mortem intulissent. *L. un. vers. fin. autem C. de rapt. virgin. l. is qui opem. ff. de furt. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 3. n. 36.**

18 Non etiam refragatur, quòd nemo ex præsumptionibus ad pœnâ mortis condemnari debeat, *l. fin. C. de probat. c. afferte mihi 2. ubi Canonista de præsumpt.* Nam in casu hoc nostro neuter ex præsumptionibus damnatur sed potius propterea ultimo supplicio omnes afficiuntur, quòd certum sit & indubitatum, omnes quotquot sunt occidendi animo mortis causam dedisse, sibi invicè opem auxiliumvè præstantes.

SECUNDVS CASVS EST: Si unus à pluribus in rixâ subito contingenti vulneratus & occisus fuerit, ac quisnam ex pluribus vulnus lethale intulerit & occiderit, liquido constet. In hac specie, ex communi omnium sententia dicendum est, eum solum, qui mortiferum inflixit vulnus, teneri de homicidio. *Litem Mela. 11. sed si plures, ibi: & si quidem apparet, cuius ictu perierit &c. ff. ad Leg. Aquil. Joh. Harpp. ad §. item Lex. Corn. n. 49. Inst. de publ. jud. Jul. Clar. in dict. §. homicid. n. 41. Zaf. l. 2. sing. intellect. c. 6. n. 2. Petr. à Plach. in epis. delict. l. 1. c. 12. n. 5. Didaçt. Covarr. in Clem. si furiosus, p. 2. §. 2. n. 3. vers. secundum casus de homicid.*

Et si

19 *Secundus Casus.*

20 Etsi enim Iacob. Menoch. *de arbitr. judic. quæst. libr. 2. cent. 4. cas. 362. num. 4.* quem sequitur Harppr. *in dict. §. item Lex Cornel. n. 49.* existimet, hoc casu occisorem extra ordinem puniendum esse, propterea, quod in rixâ aliquem percutiens non præsumatur habere animum occidendi. Contrarium tamen, quod scilicet Reus homicidii in rixâ seu tumultu commissi, si de eo constet, pœna gladij ordinariâ affici debeat, longè verius est. *Matth. Stephan. ad art. 148. Const. Crim. Imp. vers. si auctor homicidii &c. Andr. Gail. lib. 2. observ. 109. n. 2. vers. si verò certû sit laeson. in l. si ab hostibus §. si vir uxorem ff. solut. matr. n. 8. & seq. Iodoc. Dambonder. in prax. crim. c. 76. n. 26. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. n. 2. Petr. Theodor. in Colleg. crim. disp. 7. sh. 6. lit. E. Gilhaus. in arbor. jud. crim. c. 2. tit. de homicidio. 12. n. 20. Dom. Card. Tusch. tom. pract. conclus. lit. H. concl. 149. n. 1. & seq.*

21

Primo: Ob decisionem claram in *dict. art. 148. vers. So aber Ordin. Crimin. ibi: So aber etliche Personen ungeschickt in einem Schlagen und Gesecht bey einander weren / einander hülffen / und jemand also ohne gungsame Ursach erschlagen würde / so man den rechten Thäter weiß / von des Händen die Entleibung geschehen ist / der sol als ein Todschläger mit dem Schwert zum Tode gestrafft werden.* Quibus verbis pœna gladij in autorem homicidij in tumultu seu rixâ perpetrati expressè statuitur.

22 *Secundo:* Nemo certè inficias ire poterit, eum qui vulnus mortiferum infligendo aliquè occidit, utur etiam in tumultu vel rixâ subito contingenti hoc fiat, pro homicida habendum esse ac verè homicidium committere. Quid ergò obstat, quò minus is pœnâ homicidij affici debeat? Homicida enim, quod alteri fecit, semper expectet, *l. nemo C. de Episcop. audient. Georg. Rem. in Nemes. Carol. art. 148. lit. D.*

Et ita in Scabinatu Electorali quotidie pronunciare solemus.

23 Neque hanc sententiam infringit ratio ab Harppr. adducta, quòd nempe in rixâ aliquem percutiens non præsumatur habere animum occidendi. Ex ea siquidem nil inferri posse, apparet ex traditis *supra quæstion. 1.* ubi demonstravi, pœnâ homicidii ordinaria teneri quoque eum, qui gladio aliquem percutiens, nolens ipsum occidere, præter intentionem verò ei vulnus lethale infligit, ex quo mors sequitur, prout etiam docet *Anton. Gomez. de delict. tom. 3. var. resolut. c. 3. n. 17. & 18. Auth. Consult. Saxon. tom. 3. part. 4. quæst. 13. n. 25. & seq. Toming. decis. 38. n. 9. & 25. Egid. Boss. de homicid. n. 71. & seq. ubi allegat. Bald. & Salycet. in l. cum mandati. circa fin. C. mandati. Præterea, ipso etiâ Harpprechto concedente, in rixâ seu tumultu aliquem occidens haud rarè animum occidendi habere, præsumitur ex qualitate teli sive instrumenti, quo usus fuerit.*

24 **TERTIVS CASVS EST:** *Quando turba vel rixâ fortuito suborta, plures simul aliquot vulnera lethalia alicui inflixerunt, ac de vulneratoribus etiam constat. sed quodnam vulnus primum fueris illatum, & quisnam primò vulneraverit, dubitatur?* Quo casu an pœna Legis Cornelie de

ficariis obrineat, omnesque simul vulneratores, aut quinam capite plectendi sunt, inter Doctores admodum controversum est.

Equidem, quòd neuter horum gladij pœna 25 affici, sed omnes simul extraordinario sive arbitrario supplicio puniri debeant, arbitrantur haud pauci, inter quos est *Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. jud. quæstion. cent. 4. casu 362. n. 17. & 18. Iohan. Harpprecht. in §. item Lex Cornelia. §. n. 50. Inst. de publ. jud. Dom. Cardin. Tusch. tom. 4. pract. conclus. 149. n. 12. & seq. Ludov. Gelhaus. in arbor. jud. crim. c. 2. tit. de homicid. 12. n. 20. & 21. Prosp. Farin. part. 3. oper. crim. quæst. 96. n. 31. 32. & 33. Didac. Covarr. in Clem. si furiosus tit. de homicid. part. 2. §. 2. n. 4.*

Cujus sententiæ rationem assignat *Menoch. 26 dict. loco*, quòd nempe incertum sit, cuius ictu occisus ille sit; Licet enim, *inquit*, vulnera omnia sint mortifera, attamen cum homo semel tantum mori possit, qui primum vulnus intulit, is verè occidit. Cæteri verò qui deinde percusserunt non hominem, sed cadaver potius percussisse dicuntur; Cùm ergò incertum sit, quis eorum primus manum intulerit, omnes pœna arbitraria tenebuntur.

Contrarium autem, quòd nempe hoc casu 27 pœna Legis Corneliae de sicariis obtineat, omnesque qui vulnera lethalia occiso inflixerint, gladio puniendi sunt, defendunt *Bald.* (ubi ita Perusij iudicatum fuisse dicit) *in l. non idè minus §. C. de accusat. n. 25. Salycet. in l. quoniam multa. C. ad Leg. Jul. de vi publ. n. 17. Matth. Stephan. ad art. 148. Ordin. Crimin. Imper. vers. si homicidium non fuerit deliberatum &c. Iul. Clar. in dict. §. homicidium n. 41. & tunc aut omnia vulnera erant lethalia &c. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. n. 33. 34. Beust. ad l. admonendi 31. ff. de inre iur. fol. 750. Carret. in pract. crim. in 3. tract. tit. de homicid. §. quarto quæro n. 5. non obstat textus.*

28 Quorum opinio verior est, & expressè recepta & approbata in Imperio Romano ab Imper. Carol. V. *in supra dict. artic. 148. Ordin. Crimin. vers. Wer aber / ibi: Were aber der Entleibere durch mehr dann einen / die man weiß / gefährlicher Weise tödlichen geschlagen / geworffen / und verwundet worden / und man könnte nicht beweisen / sich machen / von welcher sonderlichen Hand und That er gestorben were / so sind dieselbe / so die Verletzung / wie obstehet / gethan haben / alle als Todschläger vorgemelter massen zu dem Tode zu straffen.*

Idemq; habetur in *Lisem Mela. 11. §. sed si plures. 2. ff. ad Leg. Aquil.* ubi, si quidem apparet, cuius ictu perierit, ille quasi occiderit teneatur, quod si non apparet, omnes quasi occiderint renentur. Licet autem *Iacob. Menoch. dict. cas. 392. n. 18.* regerat, agi ibidem de Lege Aquilia & actione civili: Idem tamen dicendum est de actione criminali & pœnâ Legis Corneliae de sicariis, quâ non immeritò omnes qui in rixâ mortifera vulnera inflixerunt, tenebuntur, quia omnes causam mortis præbuerunt & occiderunt. Quamvis enim nō omnes simul, sed unus primum, reliqui verò postea vulneraverint; attamen, quia omnes mortifera vulnera, ex quibus singulis vulneratum postea animam exhalare oportet.

oportuit, inflixerunt, utiq; etiam revera omnes & singuli occidisse dicuntur, adeoque & pœnâ homicidij tenebuntur, l. nemo. C. de Episcop. audiend.

30 *Hancq; sententiam in pronunciando secuti fuerunt Elect. Saxon. Scabini in hunc modum respondentes Senatu Torgensi: Sein die beyden Gefangene l. H. und l. B. den 12. Novembr verschleppen uff den Abend um 8. Uhr in des Pfarthers zu Zinna Behausung kommen / und haben allda einen Lermen angefangen / die Fenster aufgeschlagen / den Ofen eingestossen viel Unfugs getrieben / und insonderheit H. B. etliche Personen beschädiget / und Matthes Faustn so sie wegen solches Unfugs mit Worten gefiraffe / eine tödtliche beischädigte Wunde an der Stirn mit einem hölzern D. (secken geschlagen / l. H. aber eben demselben Faustn mit einer Dartschen zween tödtliche Schäden hinten am Genick zugesüget / und der beschädigte ist den 21. Novemb. hernach von solchen empfangenen Schäden gestorben / &c. Do nun die beyden Gefangenen uff ihrem gethanen Beländniß vor Gerichte freywillig verharren / oder des sonst wie recht überwießen würden / So möchten sie von wegen solcher an gedachte Matthes Faustn begangenen und betanden Entleibung / hinwieder beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden / M. Decemb. An. 1587.*

31 *Et in casu simili, Indici & Scabini in Forst: Do nun die Wunden beyde tödtlich gewesen / und die Gefangenen würden uff ihrem gethanen Beländniß vor Gerichte freywillig verharren / oder des sonst wie recht überwießen / So möchten sie alle beyde / solcher begangenen und betanden Entleibung halber / hinwiederum mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden / B. X. W. Mens. Maio, Anno 1587.*

It: Quastoris Sonnevvaldensi. Mens. Februar, Anno 1607.

32 Neq; hisce refragatur ratio pro confirmanda sententiâ contrariâ supra à Menochio adducta quod scilicet incertum sit hoc casu, cuius ista aut ex quo vulnere occisus perierit. Nequaquam enim Menochio istam incertitudinem concedo, neque de casu eiusmodi incerto hîc loquor, sed solum de contingentia facti, si vel ex depositione testium manifestè appareat, à duobus, tribus, vel pluribus simul uno eodemque tempore & momento aliquem percussum occisum fuisse: Vel si vulneratus post aliquod tempus moriatur, & ex inspectione & relatione Medicorum peritorum certò constet, omnia & singula vulnera fuisse mortalia, ita ut vulneratus secundum regulas artis Medicæ nequaquam evadere potuerit. Quod si verò quispiam in rixâ pluribus vulnerib; affectus in ipso momento perierit, neq; constat, aut certò constare potest, quisnam primum vulnus, ex quo vulneratus obiit, inflixit (de quo casu videtur loqui Menoch. dict. loco numer. 18.) certè, quia reliqui non hominem, sed cadaver vulnerarunt, neutrum pœnâ ordinariâ afficiendum esse, facillimè concesserim: Imò ob incertitudinem Iudicem ad pœnam Legis Cornelie de sicariis eo casu nequaquam pervenire posse, intrepidè affirmo;

Non enim de autore vulneris, ex quo occisus obiit, constat, neque omnia vulnera lethalia fuerunt, ut quæ mortem in cadavere jam antea occisus hominis ulterius causari non potuerunt, Adeoque etiam hæc facti species de quâ Me-

nochius agit ad casum nostrum neutiquam extendenda est.

33 *QVARTVS CASVS EST: Si in turba vel rixa casu exorta, quis occisus fuerit, de eo autem qui vulnus mortife um inflexerit certò non constat.*

34 Hoc casu omnes puniendos esse, non quidem ordinariâ, sed tantum extraordinariâ homicidii pœnâ, arbitrio iudicis imponenda, communis est Doctorum opinio, ut dictum in principio huius quæstion. ubi etiam autoritates Doctorum adductæ fuerunt. Et de hoc casu principaliter hæc quæstione agitur, quando scilicet pœna ordinariâ homicidii cesset in pluribus aliquem vulnerantibus, quod certè fit, si unicum vel plura vulnera sint mortifera, de illius autem eorumvè autore certò non constat.

35 Cum enim hoc casu sciri nequeat, quisnam in rixa vulnus vel vulnera ista lethalia inflixit, necessario sequitur, neminem ordinariâ pœnâ affligendum esse; Melius enim est, nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare. l. absentem, s. ff. de pœn. Eaque sententia haud obscurè approbatur ab Imperat. Carolo V. in dict. art. 148. Ord. Crim. in verb. Auch so einer in einem Aufruhr und Schlagen entleibet wird / und man möchte seinen wissen / davon er als vorstehet (scilicet gefährlich und tödtlich) verleset worden were / sollen die Urtheiler bey dem Rechtsverständigen und an Enden und Orten / wie hernach gemeldet wird / Rathspfelegen / mit Eröffnung aller Umstände und Belegen / der solcher Sachen / so viel sie erfahren köndten / dann in solchen nach Ermessigung aller mancherley Umständen / das nit alles zuschreibè unterschiedlich zu urtheilen ist. Quibus verbis nulla certa pœna committitur. Matth. Stephan. dict. artic. 148. circa fin. & in art. 34. Ord. Crim.

36 Quod arbitrium D. Augustus Elector Saxon. in Constit. 7. part. 4. ita informat, ut Iudex ante omnia diligentissimè inquirat, quinam vulnus lethale inflixit, eumque contra quem sufficientia indicia reperiuntur, torturæ subiciat, ne scilicet homicida, si confessio istius haberi queat, impunitus evadat; Veluti etiam sancitum in artic. 34. Constit. Crimin. Imper. ut nempe habita diligenti inquisitione de eo, cuius actu interemptus perierit, contra quem præceteris sufficientia sint indicia, quæstioni subijciatur.

37 *Et secundum ea in Scabinatu Electorali quoti- die pronunciare solemus.*

38 Sufficientia autem hoc casu indicia quænam sint, certa regula definiri nequit, sed in quavis facti specie circumstantiæ quæque quàm exactissimè ponderandæ sunt; Veluti, quinam statim post homicidium aufugit, And. Gail 2. obs. 109. nu. 6. Joh. Zang. in tract. de Quast seu tortur. reor. c. 2. n. 86. & seqq. Quisnam naturâ contentiosus & comunitè rixas excitare solitus, Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. diligenter. n. 101. Zang. d. c. 2. n. 164. Prosp. Farin part. 3. oper. crim. quast. 96. n. 83 & seqq. Aut quis occisus inimicus fuit, Zanger. dict. c. 2. n. 111. & seq. Cuius gladius langu-

languine pollutus reperiat. *Ordin. Crim. art. 34. Menoch. lib. 1. præsumpt. 89 n. 117. & 135.* Qui si ad vulnus infixum accommodari & aptari queat, exinde indicium urgens oritur ad torturam. *Quod pluries observatum memini, Nisi quis prober, quod gladium alteri præbuerit, vel ante homicidium commissum perdidit, vel à se deposuerit. Nicol. Boer. decis. 165. n. 2.* Porro & observandum hoc, Quisnam præter morem aptatus & armis præparatus venit ad eum locum, in quo rixa postmodum facta est. *Zanger. diel. c. 2. n. 164. Quisnam autor rixæ fuit, And. Gaul diel. cap. 109 n. 3. Zang. diel. 2. n. 161.* Et quæ indicia alia sunt, quæ referuntur in *Ordin. crim. art. 34.* & hinc inde à *Dd. Zanger. diel. c. 2. Matth. Berlich. part. 4. concl. 11. num. 65. & seqq. Reinh. Rosa. in notis ad Moller. Constit. 7. part. 4. n. 1. Hippol. de Marsil. in l. 1. n. 41. ff. de quæst. Matth. Steph. in. ad art. 34. Ord. Crim.*

Deficientibus verò indicii, omnes in dubio quæstioni subijci; aut morte puniri non debent, sed vel pœnâ pecuniaria, vel carcere, vel relegatione plectendi, & insuper ad solutionem Wergeldi & expensarum litis condemnandi sunt. *Const. Elect. 7. p. 4. vers. Do es aber an dem entstünde.*

Veluti etiam quotidie solent respondere Scabini, Pronunciantes in hunc modum Iudici & Scabinis Civitatis: Ob wohl C. S. in einem Haber/ darbey C. G. H. und P. VV. gewesen/ der Hirsches del eingeschlagen worden/ darvon er den 14. Tag hernoch gestorben / auch C. G. bekandt/ dafier dem Verstorbene einen Schlag gegeben &c. Dieweil aber dennoch die andern/ so wohl als C. S. mit eingeschlagen/ und nicht zu befinden/ von weffen Schlägen/ der Entleibete gestorben / So bleiben sie auch in diesem Zweifel mit der ordentlichen Straff der Todschlâger billig verschonet/ es werden aber gleichwohl C. G. ad G. H. dieser ihret Verbrechen wegen mit ewiger Landes verwertung nebens entrichtung des Wehrgelds und Erstattung der Gerichtskosten/ uff Richterliche Ermäßigung billig in Straff genommen B. N. W. M. Majo. A. 1591

40 In casu simili, quo non constitit de autore vulneris mortiferi, ob homicidium in rixa commissum, duobus dictata fuit pœna arbitraria, pecuniaria nimirum vel temporalis relegationis, una cum solutione Wergeldi & restitutione expensarum. An Schulverwalder zu Pfordta. M. Januar. Anno 1626.

41 QUINTUS CASUS EST: Cum in rixa casuali plures unum vulneraverunt, & licet singula vulnera lethalia non fuerint attamen omnia simul juncta mortem attulerunt.

*42 Hoc casu quamvis omnes actione civili de occisione teneantur, l. 11. §. si servus trabem ff. ad leg. Aquil. si plures. ff. de arbor. furt. cas. pœna tamen legis Cornelie de sicariis nequaquam obtinet, sed idem quod casu priori, dicendum est; Omnes scilicet pro arbitrio judicis extraordinaria pœna plectendos, & ad solutionem Wergeldi & expensarum condemnandos esse, juxta *Constit. Elect. 7. part. 4.**

43 Comprehenditur namq; hic casus æquè sub artic. 148. Ordin. crim. in verb. Und man möchte keinen wissen / davon er als obstehet (quæ verba de vulneratione lethali accipienda esse ex præcedentibus verbis gefährlich / tödtlich / sufficienter

apparet) verleset werden were. Quis enim neuter lethale vulnus infixit, utriusque non magis ac casu priori ordinaria pœna inrogari poterit. Jacob. Menoch. diel. cas. 362. n. 15.

Neque huic refragatur ratio in contrarium adducta Didac. Covar. ad Clem. si furiosus 2. part. §. 2. n. 4. de homi. id. Quod nempe certum sit, omnes percussores occidisse, quia omnes percutiendo mortem occiso intulerunt. Non enim hæc certitudo concedenda, siquidem duorum fortè percussio mortem attulerat, cum tertius & quartus manum postea intulit; Rursus, cum primus vulnerans non occidit, is pœnâ ordinaria Legis Cornelie teneri non debet, sed potius qui deinde vulneravit: Et cum incertum sit, quis primus & quis secundus fuerit, sequitur, ob incertitudinem neminem pœna capitali, sed extraordinaria Judicis arbitrio puniendos esse omnes, Menoch. diel. loco n. 16.

Secundum prædictam sententiam Menochij responderunt Scabini, Ad requisitionem Quæstoris VVitsbergensis: Ob wohl die beyden Gefangene L. B. und H. B. geständig seyn/ daf sie A. K. in der zwischen ihm und ihnen entstandenen Schlägerey mit Feusten geschlagen / und mit Füßen getreten/ davon er den folgenden 29. Jun. todes abgange/ Dieweil aber dem noch in gehaltener Besichtigung an jeyo bemeldten A. K. kein offener Schaden befunden worden / und dahero ungewis / von welchen Schlägen oder Stößen der beyden Gefangenen / derselbe gestorben &c. So mögen auch die Gefangenen nach Gelegenheit dieses Falls an Leib und Leben nicht gestrafft werden/ Es ist aber gleichwol ein jeder ein Wehrgeld / des Verstorbenen Rindern zu geben schuldig / und werdê beyde hierüber des Landes ewig billig verwiesen B. N. W. M. Novem. Anno 1603.

Eodem serè modo pronunciatum in casu simili, Ad requisitionem Senatus Dehtiani, M. Aug. Anno 1627.

*Cæterum, quod supra casu secundo & tertio dictum, si de occisoribus, qui vulnera lethalia inflixerunt, certò constat, eos pœna Legis Cornelie afficiendos esse, id non ita intelligendum, ut cæteri, qui tumultu ac rixæ interfuerunt, & occisum percusserunt, licet non lethaliter vulneraverint, ab omni pœna liberari & impunè dimitti debeant. Etenim hi licet non pœna homicidii attamen extraordinaria seu arbitraria pœna plectendi sunt, ob ictus & vulnera, quamvis non mortifera & occiso illata. Dan. Moller. ad *Const. Elect. 7. part. 4. n. 3. Matth. Berlich part. 4. conclus. 11. num. 75. Jul. Clar. in diel. §. homicidium, n. 41. vers. aut verè plura. Matt. Stephan. ad art. 148. Ordin. Crim. angel. tract. malef. verb. & Andreæ Marc. lansicem, n. 21. vers. nisi fuisset unus &c. Claud. Bataud. in prax. caus. crim. reg. 103. n. 5. vers. nisi autor rixæ &c.**

*Tum, Ob *Constit. Elect. 7. part. 4. in fin. in verb. Jedoch wo es sich befindet daf etliche nicht mit zuge schlagen / sondern unschuldig weren / die geniesen ihret Unschuld billig. Vnde à contrario sensu infertur; Qui de innocentia sua non docuerint, eos etiam morte mulctandi non sint aliis tamen pœnis, quas arbitrio Judicis committit Constitutio, eximendos non esse.**

*Tum, quia *Ordinat. Crimin. art. 148. eos non impunè dimittit, sed quomodo pro ratione auxilii præstiti puniri debeant, Iuris peritorum arbitrio**

bitrio relinquit, in verb: Aber der andern Beystände/Helfer/vnd Ursacher Straffhalber/von welcher Hand obbestimber massen der Entleibete nicht tödtlich verletzt worden ist/ &c.

49 Hinc in casu, quo ob vulnera lethalia inst. Et, & commissum homicidium in rixâ, A. D. Occisor gladio fuerat punitus, alteri A. S. qui in eadem rixâ occisum etiam percusserat, eique vulnus non mortiferum intulerat, suscitationem cum perpetua relegatione dictaverunt Scabini. Ad consultationem Quaestoru in Schweinig. M. Augusto, Anno 1607.

50 Quæritur hic porro: An non autor rixæ pœna gladii ordinariâ plecti debeat, si de occisore certo non autor rixæ constet? Et licet hoc statuât Doctores haud pauci, morte punitendus Bonifacius de Vita in. in tract. malef. c. de insultu. n. 30. Iod. Damhouder in prax. crim. c. 76. n. 28 Hyp. pol. de Marsi. in prax. crim. §. const. 10. n. 77. Ludov. Gilhaus in arbor. jud. crim. c. 5. ramusf. 3. n. 71. Iacob. Meno. h. lib. 2. arbor. jud. q. cent. 4. cas. 362. n. 23. Petr. à Plich. in epit. de iur. lib. 1. cap. 12. n. 3. & alii allegati à Matth. Berlich p. 2. concl. 11. n. 56.

51 Contrarium tamen, quod auctor rixæ, in quâ quis occisus est, non pœnâ ordinariâ homicidii, sed arbitrariâ puniri debeat, longè verius esse arbitror, quod & defendit Dan. Moll. ad Const. Elect. 7. parr. 4. n. 11. Modest. Pistor. cons. 30. q. 3. n. 42. 43. 47. lib. 2. Iul. Clar. in di. §. homicid. n. 39. Matth. Berlich. di. concl. 11. n. 68.

52 Tum, Ob textum clarum in sæpè allegato art. 148. Ordin. Crim. in verb. Aber der andern Beystände/Helfer vnd Ursacher Straff halber &c. Quibus verbis juncto vers. præcedenti, autor rixæ, qui occisor non est, expressè mortis supplicio eximitur, & arbitrariæ pœnæ subijcitur.

53 Tum, quod pœna gladii in occisores constituta reperitur: Autor rixæ autem non statim occisor est, quid enim, si alius rixam incepisset, alius verò aliquem in rixâ occidisset. In hoc itaque dubio autor rixæ potius mitiori pœna extraordinaria plectendus, l. 5. ff. de pœn. quàm ex nudis conjecturis & præsumtionibus ad mortem condemnandus erit.

Quemadmodum etiam in tali casu pronunciaffe

Facultatem Iuridicam Collegii Lipsensis refert. 54 Dan. Moll. ad di. Const. 7. n. 11. part. 4.

Simili modo Electoris Saxon. Scabinos respondisse, apparet ex sententiâ ipsorum ante plurimos annos conceptâ: Vieuohl nun gedachter Martin Greil solches Gezändt vnnnd Auffruhr erhaben/ dennoch dieweil er nit den armen Mann erschlagen/ So möget ihr ihn in diesem Fall/ und nach Gestalt der Sachen nicht peinlich anzichen noch fragen lassen/ Sondern ihr möget ihn wohl als einen Ursacher und Beweger desselben Gezändts und Haders/ darauß solcher Schade und Mord uhrsprünglich erwachsen/ mit einer redlichen Geldbusse/ als mit einem Wehrgeid oder auch höher/nach der Gröffe seines Unzugs und Muthwillens wohl straffen/ B. N. W.

11. Ex alia sententiâ: Aber Simon N. dieweil Er den Entleibten nicht geschlagen/ sondern allein den Hader angefangen/ den möget ihr peinlich nicht straffen/ ihr möget ihm aber eine ziemliche Geldbusse ufferslegen/ oder eine Zeit auß ewren Gerichten verweisen/ B. N. W.

Neq; obstat, quod autor rixæ mortis causam præbeat. Nil verò interest, an quis ipsemet occidat, an mortis causam præbeat. l. nihil interest. 15. ff. ad Leg. Corn. de sicar. Et dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod sequitur præter illius intentionem & voluntatem. l. quoniam multa. C. de l. g. Jul. ad Vi publ. cum an. ad leg. 1. §. Divus. ff. ad Leg. Corn. de sicar. Marsi. consil. 7. & 8. Capol. consil. 33. n. 2. Etenim istud verum est, si quis mortis causam propinquam præbeat, & eventus ex opere illicito per se, immediatè & necessariò sequatur; Veluti, si quis non animo occidendi vulnus lethale infligat, ex quo immediatè mors sequitur, hinc non minus Reus homicidii est, & pœnâ ordinariâ tenetur, ac si animum occidendi habuisset; Secus autem si quis causam præbeat remotam, quæ non ordinata est ad subiectum eventum, ut in casu præsentis, quo autor rixæ immediatè causam mortis non præbet, sed per accidens evenit, quod in rixâ seu tumultu exorto alius quispiam tertium occidit. Quæ autem per accidens eveniunt ex opere aliquo, tanquam effectus remoti proveniunt ab illo, & argenti non imputantur. Didac Covarr. ad Clem. V. de homicid. secund. part. rel. in §. 1. sub n. 1. Boss. de homicid. sub num. 75.

QUESTIO XXVI.

De inspectione Cadaveris occisi, Et quâ pœnâ occisor sit plectendus, si vel inspectio non ritè peracta, vel vulnus lethale non fuerit?

SUMMARIA.

1. Pœna homicidii ordinaria occisori infligenda non est, quoties vulnus influctum non iudicatur lethale.
2. Ante omnia siquidem in homicidio de corpore delicti & vuln. is lethalitate constare debet.
3. Non sufficit de ipsâ occisione constare, sed & de omnibus qualitatibus & circumstantiis homicidii apparere debet.
4. Ex vulnere lethali occisus decessisse præsumitur.
5. Responsa Scabinorum Lipsensium.
6. Si vulnus illatum lethale non fuerit, occisus ex eo non decessisse præsumitur, nec propterea Reus pœnâ ordinariâ tenetur. n. 7. 8. 9. 10.
11. Pœna gladii solummodo plectendus est, qui verè aliquem occidit.
12. Vulnerans quando & quatenus causam mortis præbeat.
13. Vulnerans non lethaliter pœnâ extraordinariâ puniri debet.
14. De quo ipso ex inquisitione præmissâ constare potest.

M

15. Sen.